1/384

2010 Ministerio de Cultura

2010 Ministerio de Cultura

ceſso ;
por ao
s llama
peligro de
pleve , m
deſean ; y
no vá tan

2010 Ministerio de Cultura

Es del Uso del P. Lect.d Fr. Joseph de Silva del Orden de la Ssma. Trin.d de Redemp.s Calzados de Cordova

# MEMORIAL

## INFORME HISTORICO JURIDICO,

# P O R

LAS DOS FAMILIAS CALZADA, y Deſcalca de el Orden de la Santiſsima Trinidad, Redempcion de Cautivos,

# C O N

EL ORDEN DE NUESTRA SEÑORA de la Merced, Redempcion de Cautivos

*S O B R E*

QUE LA REAL CAMARA DECLARE, no ſer ſu Mageſtad Patron; ſino es ſolo Protector de dicha Religion de la Merced, como lo es de todas las demàs: è impida, que la Merced ſe valga en Roma de eſte falſo ſupueſto, para eſtorvar la execucion de las Sentencias, y expedicion de los Reſcriptos Pontificios, aun en caſos, que no podian tocar al Patronato, como lo ha executado en el Diciembre proxime paſſado, por ſu pretenſion de privativa en Redimir, y recoger limoſnas en toda la Corona de Aragon.

2010 Ministerio de Cultura

2010 Ministerio de Cultura

✠

EN EL AÑO DE MIL SEISCIENTOS Y ſetenta y tres, por orden del Supremo Conſejo de Aragon ſe ſacaron del Real Archivo de Barcelona authenticamente, con aſsiſtencia de las dos Sagradas Religiones Trinidad, y Merced, los Inſtrumentos, y Reales Privilegios conducentes al Derecho de ambas Partes, ſobre el Pleyto, que pendia en dicho Supremo Conſejo; y oy, conforme el Decreto de ſu Mageſtad, ſe ſigue en el Supremo de Caſtilla. En eſta ſaca, y compulſa hallò el Orden de la Santiſsima Trinidad veinte y quatro Inſtrumentos, y Privilegios Reales, en comprobacion de ſu Inſtituto, concedidos todos por los ſeñores Reyes de Aragon; y la Religion de la Merced ſacò ocho, entre los quales, vno del ſeñor Rey Don Juan el Primero de Aragon eſtà revocado, y entre los Privilegios que ſacò la Trinidad. Y otro del ſeñor Felipe Segundo, que tiene en sì los vicios alegados en el Pleyto; los otros ſeis no pertenecian à eſte aſſumpto. Todos veinte y quatro Inſtrumentos, y la declaracion, y confeſsion, que los Religioſos de ambas Religiones, con Poderes ſuficientes de ellas, en conformidad de el Decreto del citado Supremo Conſejo de Aragon, hicieron ſobre la fidelidad, y ſatisfacion, que tenian de la dicha ſaca, eſtàn preſentados en el dicho Pleyto, como vinieron de Barcelona.

## ENTRE LOS QUE TIENE preſentados el Orden de la Santiſsima Trinidad, ſon los ſiguientes.

### PRIMERO.

PRIVILEGIO DEL SEñOR REY D. JUAN el Primero de Aragon, en que eſtà confirmado, è inſerto otro del ſeñor Rey D. Jayme el Conquiſtador, quien confirma otro de ſu padre el ſeñor D. Pedro el Segundo; y porque no le inſerta à la letra, ſe pondrà al pie deſte de dicho ſeñor D. Juan, por la eſpecialidad de eſtàr concedido en ſu perſona, y para ſu Religion, con *privativa* al Glorioſo Patriarcha San Juan de Matha.

A NOS

2010 Ministerio de Cultura

*NOS IOANNES DEI GRATIA, REX Aragonum, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comeſque Barchinonæ Roſilionis, & Ceritaniæ. Vidimus quandam confirmationis Cartam, Privilegij, per Dominum Iacobum memoriæ inclitæ abavum noſtrum Fratribus Ordinis Sanctæ Trinitatis conceſſum, eiuſque ſigillo ceræ albæ impendenti munitum huiuſmodi ſeri ei. Pateat Univerſis. Quod Nos Iacobus Dei gratia, Rex Aragonum, & Regni Maioricarum, Comes Barchinonæ, & Urgelli, & Dominus Montis Peſulani. Attendentes, quod inter cætera opera caritatis redemptio Captivorum fulgeat, & ad ſalutem maximam pertineat animarum, confirmantes Privilegium, quod Dominus noſter Pater Petrus recordationis inclitæ, Rex Aragonum, indulxit Fratribus Sanctæ Trinitatis ſuper eodem negotio liberaliter, & conceſſit cum præſenti Carta donamus, concedimus, & laudamus Miniſtro, & Fratribus domus Sanctæ Trinitatis præſentibus, & futuris quod in tempore pacis, & guerræ poſſint redimere, & emere Captivos Chriſtianos, & Sarracenos, & extrahere Chriſtianos Captivos, & Chriſtianas de terra Sarracenorum, & adducere in terris noſtris, & Captivos ſimiliter Sarracenos, & Sarracenas extrahere de Regnis, & terris noſtris, & ducere in terram Sarracenorum liberè, & abſolutè, ſine omni impedimento, & diſturbio, & gravamine quandocumque voluerint, & placuerit eis recipientes prædictos Fratres, & omnes Captivos, & Captivas Chriſtianas, & Sarracenas viros, & mulieres in terra, & in mari, & lignum in quo ierint, & perſonas, & res quæ ibi fuerint ſub noſtra protectione, cuſtodia, emperancia in noſtro guidatico ſpeciali, ita quod ſalvi eant, ſalvi redeant, & ſecuri cum redemptionibus, & rebus quas ſibi duxerint, & extraxerint univerſis. Mandantes firmitèr, & diſtrictè Vicarijs, Baiulis, & noſtrum Locatenentibus, & ſubditis univerſis, quod hanc conceſſionem noſtram, & guidaticum*

*fir-*

2010 Ministerio de Cultura

*firmum habeant, & obſervent, & non contraveniant in aliquo ſi confidunt de noſtri gratia, & amore. Quicumque autem dictos Fratres ſuper predictis in aliquo tentaverit, agravare, vel diſturbare iram noſtram, & pœnam mille morabatinorum ſe noverit incurſurum. Actum Illerdæ quarto nonis Martij anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto Signum.* ✠ *Iacobi Dei gratia Regis Aragonum, & Regni Maioricarum Comitis Barchinonæ, & Urgelli, & Domini Montis Peſulani. Huius rei teſtes ſunt Domin. Infans Petrus Dominus Maioricarum, Guillermus de Cardona, Petrus de Gramana, Petrus de Angula, Berengarius de Cervaria, Petrus Cornelij, Petrus Maça Zuermalendez. Signum* ✠ *Guillermi Soriba qui mandato Domini Regis à Guillermo Rubert Notario ſuo hanc Cartam ſcripſi loco, die, & anno præfixis cum ſupràpoſitis litteris in octava linea vbi dicitur, & perſonas, & res vbi fuerint. Quam, & omnia, & ſingula in ea contenta ad humilem ſupplicationem dilecti, & Religioſi noſtri Fratris Ioannis, & Benedicti Miniſtri domus Sanctæ Trinitatis Civitatis Illerdæ, ac Syndici totius Provinciæ Aragonum propterea nobis factam poſtquam ad apicem Regiæ dignitatis ſumus evecti laudamus, approbamus, & noſtra confirmationis præſidio roboramus. Mandantes per hanc eandem univerſis, & ſingulis Officialibus, & ſubditis noſtris in præinſerta carta contentis, & alijs ad quos ſpectet quatenus præinſertam cartam, ac omnia, & ſingula in ea contenta, & hanc noſtram confirmationem firmam habeant, teneant, & obſervent, & obſervari inviolabiliter faciant, & non contraveniant, nec aliquem contravenire permittant aliqua ratione ſi pœnam in præinſerta carta contentam cupiunt evitare. In cuius rei teſtimonium præſentem fieri iuſsimus noſtro ſigillo pendenti munitam. Datum in Villa Montiſſoni vigeſsimo octavo, die Decembris anno à Nativitate Domini milleſsimo trecenteſsimo octogeſsimo nono, regnique noſtri*

ſtri

2010 Ministerio de Cultura

ſtri tertio. *Rex Ioannes.* *Dominus Rex mandavit mihi, Bernardo de Junquerio.*

## PRIVILEGIO DEL SEñOR REY DON Pedro Segundo de Aragon, Conde de Barcelona, Señor de Mompeller, dado à nueſtro Patriarcha San Juan de Matha, en el año de 1201.

*PETRUS DEI GRATIA, REX Aragonum, Comes Barchinonæ, & Dominus Montis Peſulani. Dilectis fidelibus, Vicarijs, Baiulis, Iuſtitijs, Zalmedinis, alijſque univerſis, & ſingulis Officialibus noſtris, vel eorum Locatenentibus, necnon Conſiliarijs, Iuratis, Patrarijs, Conſulibus, Nobilibus, & probis hominibus Civitatum, Villarum, & locorum Regionum noſtrorum, præſentibus, atque futuris, ad quos præſentes pervenerint: Salutem, & dilectionem.*

### §. I.

Declara la excelencia de la Redempcion de Cautivos, redimidos con la Sangre de Chriſto.

*CUM Redemptoris noſtri perpetuis hortatibus ad faciendam eleemoſynam invitemur; Apoſtolique Pauli Doctrina, Regalique Profeta, veridicis Carminibus impellamur ad ſucurrendum egeno, & Pauperi, ut die mala liberet nos Dominus. Eoque maiore ſolicitudine mereantur opem, illi qui inter Mauros, Turcas, & Barbaros Captivi infinitis cruciatibus reaſliguntur, quo periculoſius, illorum non corpus tantum, ſed longe calamitoſius Anima precioſo Chriſti Sanguine Redempta verſantur.*

### §. II.

Dà à Dios, y concede à nueſtro Santo Patriarcha San Juan de Matha, Fundador del Orden de la Santiſsima Trinidad, y Redemptor de Cautivos, y à los Religioſos de los Conventos de Avingania, y Lerida, y demàs Conventos de ſus Reynos, que pidan, y reciban todo genero de limoſnas, y legados para redimir Cautivos.

*IDeo per hanc noſtram Chartam perenniter valituram do Domino Deo, & concedo tibi Fratri Ioanni de Matha, Inſtitutori, & Primo Miniſtro Ordinis Sanctæ Trinitatis, & Captivorum Redemptori, tuiſque ſucceſſoribus, & Fratribus, tàm præſentibus, quàm futuris viventibus in Turre de*

*Avin-*

*Avingania, & Illerdæ in Hoſpitali Petri Molinarij nuncupati, & in alijs Domibus dicti Ordinis in Regnis, & dominijs noſtris, vt habeatis, & poſſitis publicè, tàm per Eccleſias, & Caſtella, Principatus Cathaloniæ, quàm in Regno Aragonum, & in dominio Montis Peſulani, eleemoſynas à Chriſti fidelibus peterè, & Legata recipere pro Redemptione Captivorum, & habere Truncos in omnibus Eccleſijs terrarum noſtrarum cum Imaginibus, Signis, & Crucibus veſtri Ordinis.*

## §. III.

*NULLUSQUE Alius in perpetuum, ſivè nobilis, vel cuiuſcumque Dignitatis ſit, etiam Epiſcopalis, poſſit Sanctum Redemptionis Captivorum, opus per tractare in terris, & dominijs noſtris,* cum præcipuè id expectet ſolum ad Fratres Ordinis Sanctæ Trinitatis, & Captivorum, *ex gratia Sedis Apoſtolicæ, quamvis aliqua Congregatio pro Redemptione Captivorum fundaretur futuris temporibus.*

Manda, que otro ninguno, de qualquiera dignidad que ſea, ni otra Congregacion, aunque deſpues ſe funde para redimir Cautivos, trate, y execute eſta obra pia en ſus Reynos, ſino es la Orden de la Santa Trinidad, à quien ſola toca por gracia de la Sede Apoſtolica.

## §. IV.

*INSUPER Recepimus præfactum Ordinem Sanctę Trinitatis, & Captivorum per Dominum noſtrum Papam Innocentium Inſtitutum Cœleſti revelatione, & approbatum ſub nomine Sanctę Trinitatis, & titulo de Redemptione Captivorum, ſub noſtra tutella ad Regnum noſtrum miſſum.*

Dice; que la recibe debaxo de ſu tutela, y amparo Real; porque fue inſtituida por el Papa Inocencio III. por revelacion Divina, con el nombre de la Santa Trinidad, y titulo de Redempcion de Cautivos, y embiada por el miſmo Papa à ſu Reyno.

## §. V.

*IDEO Præcipimus dilectis, & fidelibus Iuſtitijs, Baiulis, Iuratis, Richis Hominibus, & ſubditis noſtris, Baronibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, necnon Abbatibus, intra limites noſtri Regni, & terrarum noſtrarum conſiſtentibus, vt Fratrem Ioannem, Ordinis Sanctæ Trinitatis, & Captivorum Inſtitutorem, & dictos Fratres, ſicut amparati ſunt per Nos, defendant eos. Nulluſque audeat in ca-*

Manda, que todos los Juſticias, Ricos Hombres, y Vaſſallos de todas ſus tierras, y Reynos, la favorezcan ſiempre, y la amparen.



2010 Ministerio de Cultura

*eorum bona invadere, ſi cupit indignationem noſtram evitare. Datum Illerdæ, die vndecimo Decembris, anno Domini milleſsimo ducenteſsimo primo. Sub ſigillo noſtro pendenti.*

*Sig✠num Petri, Regis Aragonum, Comitis Barchinonæ, & Dominus Montis Peſulani, teſtes ſunt Petrus de Belvis.*
*Guillermius de Avania.*
*Bernardus de Olivella.*
*Gombaldus de Ribellis.*
*Gombaldus Hoſcenſis, Epiſcopus.*
*Gombaldus, Epiſcopus Illerdenſis.*
*Ego Ferrius Domini Regis Nottarius, hanc Chartam eiuſdem mandato ſcripſi.*

## SEGUNDO.

### EL PRIVILEGIO DEL SEñOR D. JUAN el Primero de Aragon, revocatorio de otro, que avia concedido à la Merced en el miſmo año.

*NOS Ioannes, Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comeſque Barchinonæ, Roſilionis, & Ceritaniæ. Vniverſis, & ſingulis Prælatis, & perſonis Eccleſiaſticis, Magnatibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, & hominibus de Paratico, ac alijs infra noſtrum dominium, iuriſdictionem habentibus, necnon Gubernatoribus, Vicarijs, Baiulis, Iuſtitijs, Zalmedinis, Iudicibus, Conſulibus, Iuratis, cæteriſque vniverſis, & ſingulis Officialibus noſtris, & eorum locatenentibus, præſentibus, & futuris, ſalutem, & dilectionem. Quamvis ſubſcriptam fecerimus proviſionem, cum carta huiuſmodi ſeriei.*

IOAN-

IOANNES, Dei gratia, Rex Aragonum, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Roſilionis, & Ceritaniæ. Vniverſis, & ſingulis Prælatis, & perſonis Eccleſiaſticis, Magnatibus, Baronibus, Nobilibus, Militibus, & hominibus de Paratico, ac alijs infra noſtrum dominium, iuriſdictionem habentibus, eorumque Officialibus, necnon Gubernatoribus, Vicarijs, Baiulis, Iuſtitijs, Zalmedinis, Iudicibus, Conſulibus, Iuratis, cæteriſque Officialibus noſtris, & eorum locatenentibus, præſentibus, & futuris, ad quos præſentes pervenerint, ſalutem, & dilectionem. Olim ſiquidem, vt vos non ambigimus benè ſcire Ordo, & approbata Religio Beatæ Mariæ Mercedis Captivorum, per Illuſtres prædeceſſores noſtros, recordationis eximiæ, pia devotione erectus, & fundatus, & per Sanctam Sedem Apoſtolicam, ſeu eius Beatiſsimos Præſidentes confirmatus extitit principaliter, ad hunc finem, vt perpetuis ſucceſsivis temporibus Fratres ipſius Ordinis inter veſtros Chriſti fideles, eleemoſynas, legata, & alia charitativa dona petant, recipiant, & colligant convertenda per ipſos in redimendis Chriſtianis, quos Agarena perfidia tenent miſerabiliter captivatos, nec alijs quibuſvis petere, aut recipere tales eleemoſynas, legata, ſeu charitativa dona eſt licitum, nec permiſſum, vt præmiſſa continentur ſerioſius in diverſis Privilegijs, tàm Apoſtolicis, quàm Regalibus, de quorum viribus eſt plenius informata noſtra Regia celſitudo. Sed quia nunc quereloſa Generalis Magiſtri, & Fratrum dicti Ordinis inſinuatione percipimus ab aliquo citra tempore nonnulli, qui ſe Fratres Sanctæ Trinitatis cognominant, & quidam alij eleemoſynas cum bacinis, & alijs publicè, & univerſaliter acaptant, recipiunt, & congregant pro dictis redimendis Captivis, quibus vos, ſeu aliqui veſtrum datis aditum, & patientiam in veſtris Eccleſijs, atque locis, non ſine enervatione,

*ne, præiudicio, & iactura dictorum Privilegiorum, & vtique deſtructione totali Ordinis ſupradicti. Noſq; qui vt principalis protector, & pater præfati Ordinis, eundemque ipſiuſque Fratres, tanquam noſtros filios adoptivos manutenere, & conſervare in ſuis Privilegijs, & iuribus, & à quibuſvis relevare præiudicijs, & gravaminibus cupimus affectanter, præmiſſaque in noſtræ Maieſtatis Regiæ opprobium, & contemptum cedere proculdubio dignoſcuntur; nolentes aliqualiter tolerare, habitis pro revocatis, irritis, atque nullis, omnibus, & ſingulis Privilegijs, Litteris, ſeu Proviſionibus ſub quibuſvis expreſsionibus verborum, quantumcunque etiam derogatoriarum dictis Fratribus Sanctę Trinitatis, aut quibuſvis alijs indultis, ſeu conceſsis, quod & qui hic haberi, volumus pro inſertis requirendos, ex vobis attentè requirimus, & monemus alijs, & vnicuique veſtrum dicimus, & diſtrictè pręcipiendo mandamus expreſsè, ac de certa ſcientia, & conſultè quatenus non permittentes ammodo prædictos Fratres Sanctæ Trinitatis, nec quoſuìs alios cuiuſcunque Religionis, aut conditionis exiſtant in Eccleſijs, locis, ſeu alibi infra noſtrum dominium eleemoſynas quęrere, ſeu congregare, aut alios quæſtus facere, aut fieri facere pro dictis vniverſaliter, aut ſingulariter redimendis Captivis. Quinimò eoſdem Fratres Sanctę Trinitatis, & quoſcunque alios probibentes ab indè, & totaliter extirpantes per Fratres, ſeu Nuntios dicti Ordinis Mercedis Captivorum, aut probos homines, quos inde elegerint, & non per quoſcunque alios prædictas eleemoſynas cum bacinis, legata, & alia charitativa dona in Eccleſijs, furnis, molendinis, & alibi à Chriſti fidelibus, miſericorditer largienda pro dictis Chriſtianis redimendis Captivis, ſinatis peti, congregari, & recipi liberè, atque franche omnibus, & ſingulis diebus Dominicis, & feſtivis poſt bacinos Eccleſiarum, proprios bacinos dictorum*

*Capti-*

*Captivorum præeunte in ordine bacinis ceteris quibuſcunque, cum in favore, tam pij, & charitativi operis ſit Chriſtianorum Redemptio à poſſe infidelium, ſic tamen de iure Divino, quam humano fieri debeat, ac etiam obſervari; & vbi de cætero aliqua privilegia litteras, aut proviſiones huic contrarias à nobis, ſeu Curia noſtra emanari, & vobis præſentari contingent, eſto pro in eiſdem tenor huiuſmodi, de verbo ad verbum eſſet inſertus, forentque manu noſtra propria ſubſignata, niſi ex earum ſeriè expreſsè appareat in eorum obtentu dictum Magiſtrum Generalem prædicti Ordinis Mercedis Captivorum fuiſſe in propria perſona vocatum, & ad plenum auditum, nolumus imo vobis, & unicuique veſtrum mandamus, & expreſsè, ne aliquatenus, pareatis quin potius, & eas habeatis, & reputetis, ſicut nos præſentes habemus, & reputamus ſeriè pro irritis penitus, atque nullis. Datis Barchinonæ ſub noſtro ſigillo pendenti, decima die Aprilis anno à Nativitate Domini milleſimo tercenteſimo octuageſimo octavo, Regnique noſtri ſecundo. Rex Ioannes. Dominus Rex ſic ordinavit, & mandavit mihi, Bernardo de Iunquerio.*

*Verumtamen percepto noviter ſupplicatione humili Fratrum dicti Ordinis Sanctæ Trinitatis, vt cum ipſi iuxta Regulam ipſius Ordinis, ſub titulo Sanctæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, ab antiquo fundati circà ipſam Redemptionem fiendam, continuè elaborent, egenorumque pariter, & ægrorum per Hoſpitalitatis præſidia, neceſſitatibus ſe exponant; & huius prætextu cum alijs ipſius Ordinis, non ſuppetant facultates. Eis ſit licitum, & permiſſum ex conceſſionibus Papalibus, & aliter ab univerſis Chriſti fidelibus eleemoſynarum ſuffragia expetere, & habere, & de hoc fuerint, & ſint in plena, & pacifica poſſeſſione, à tanto citra tempore, quod memoria in contrarium exiſtit, habeantque*

*ſuper his proviſiones à Domino, genitore noſtro, recolendæ memoriæ obtentas, iuſtitia mediante dignaremur revocata iam dicta carta, tanquam dictæ eorum conceſsionis privativa, & per conſequens in dicti Ordinis damnum, & præiudicium notorium impetrata. Cum quis abſque cauſę cognitione à ſua poſſeſsione nullatenus ſit privandus: Iam dictos ſupplicantes in ipſa eorum longiſsima poſſeſsione manuteneri facere, & etiam mandare, ne in ea ammodo aliquo perturbentur.*

*Nos igitur dictæ ſupplicationi ex debito iuſtitiæ procedenti, benignè inclinati, quam ex ſeriè quarundam Bullarium Papalium, & aliarum proviſionum, quæ nobis fuere exhibitæ, & oſtenſæ; & ſignanter cuiuſdam proviſionis, ſive cartæ Sereniſsimi Domini, genitoris noſtri, fœlicis recordationis præfati. Datis in præſenti Villa Montiſoni, ſub eius ſigillo pendenti, vigeſimo octavo die Ianuarij anno à Nativitate Domini milleſimi tercenteſimi, octuageſimi quarti, habentis, in effectu, quod dicti Fratres Sanctæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, in eorum poſſeſsione petendi, & habendi eleemoſynas ſupradictas, nullatenus perturbentur; imò in his præſtetur eiſdem auxilium, & favor, ſatis liquidè demonſtratur dictum Ordinem Sanctæ Trinitatis, & Fratres illius fuiſſe, & eſſe in dicta poſſeſsione petendi, & habendi eleemoſynas ſupradictas; vos dictos Prælatos, & perſonas Eccleſiaſticas, & alios monendos attente requirimus, & monemus aliiſque omnibus ſupradictis, & cuilibet ipſorum expreſsè dicimus, & mandamus, quatenus non obſtante carta præinſerta, nec aliquibus verbis quantumcunque derogatorijs in ea appoſitis, & expreſsis, quam, & quas attentis præmiſsis, in quantum iuri dicti Ordinis Sanctæ Trinitatis, & eius Fratribus obſtare, ſeu contrahire in aliquo videatur, huiuſmodi ſerie penitus,* Revocamus, & tollimus,

limus, & nullius decernimus efficaciæ, ſeu valoris; *dictos Fratres Sanctæ Trinitatis, & Redemptionis Captivorum, in poſſeſsione, qua fuerunt, & ſunt, petendi, & habendi eleemoſynas ſupradictas, manuteneatis, & defendatis omnino, eiſque ſuper hoc nullum impedimentum, vel obſtaculum apponatis, imò quotieſcunque dictos Fratres, vel ipſorum aliquem pro præmiſsis ad vos declinare contigerit, benignè, & favorabiliter admittatis, eiſdemque prout fieri conſuevit præſtetis omne, quod expediet auxilium, conſilium, & favorem.*

*Nollumus tamen, quod in iure proprietatis dictis partibus in aliquo derogetur. Datis in Villa Montiſonis ſub noſtro ſigillo pendenti, ſecunda die Decembris anno à Nativitate Domini milleſimo tercenteſimo octuageſimo octavo, Regnique noſtri ſecundo. Franciſcus Zacoſta. Rex Ioannes. Berengarius de Goſtemps ex proviſione facta per Vicecanc. Cath.*

## TERCERO.

## SENTENCIA A FAVOR DE LA Orden de la Santiſsima Trinidad, ſobre el derecho à lo perteneciente de la Redempcion de Cautivos de la Corona de Aragon, dada en Barcelona en 29. de Julio de 1423.

### CHRISTI NOMINE INVOCATO.

P*ATEAT Univerſis, quod Nos Maria, Dei gratia, Regina Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comitiſa Barchinonæ, Duciſa Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comitiſa Roſilionis, & Ceritanię, Locumtenens Generalis Illuſtriſsimi Domini Regis, viri, & Domini noſtri Chariſsimi. Viſſa ſupplicatione*

pro

*pro parte Fratris Iacobi Ferrada, Ordinis Sanctæ Trinitatis, & pro dicto Ordine coram nobis, & contra Economum Sanctæ Mariæ de Mercede, vigeſsimo octavo Maij currentis anni oblata. Viſsa demum quadam exceptione contra dictam ſupplicationem pro parte Syndici, & Economi Monaſterij Sanctæ Mariæ de Mercede, Civitatis Barchinonæ. Viſsis quidem alijs rationibus pro parte dicti Economi propoſitis, & allegatis prò fundamento iuris ſui. Viſsis demum quibuſdam Apoſtolicis Proviſionibus diverſorum Summorum Pontificum. Viſsis poſtmodum diverſis Regum Aragonum Proviſionibus pro parte Ordinis Sanctæ Trinitatis, exhibitis in cauſa præſenti. Viſsis noviſsimè omnibus, & ſingulis ab vtraque parte productis, & allegatis; meritis quoque preſentis Proceſſus, & Cauſe, in noſtro Conſilio legitimè diſcuſis, ac recenſitis. Deum habentes præoculis, & eius Sacroſanctis Evangelijs coram nobis propoſitis, & oſtenſis, vt de vultu eius noſtrum procedat iudicium ad proferendam ſententiam, procedimus in modum, qui ſequitur.*

*Cum ex meritis præſentis Proceſſus nobis conſtet Fratres Ordinis Sanctæ Trinitatis ius habere, & habuiſſe recipiendi, adquirendi, & congregandi eleemoſynas pro Redemptione Captivorum à Chriſti fidelibus iuxta Proviſiones Apoſtolicas, vbicumque ratione predicti quæſtus eas petierint, & receperint; necnon iuxta Proviſiones dictorum Regum, per eorum litteras manifeſtas; & de contrario per allegata à dicto Economo Nomine Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede nobis non conſtet.*

*Idcircò his, & alijs attentis, que debent animum rectè iudicantis informare. Pronunciamus, decernimus, & declaramus litteras Regias pro dictis eleemoſynis adquirendis, & congregandis executivas Proviſionum Apoſtolicarum, & aliarum dictorum Regum eiſdem, Fratribus Sanctæ Trinitatis fore concedendas, quas eiſdem Fratribus horum the-*

*thenore concedimus, non obſtantibus in contrarium allegatis.*

*Lata fuit hæc Sententia per Nos, ſeu in noſtri perſonam per fidelem Conſiliarium, ſeu Cancellariam noſtram Regentem Ioannem Navarro legum Doctorem, & de noſtro, ſeu ipſius mandato lecta per fidelem ſcriptorem noſtrum Ioannem Ferrarij Nottarium in Aula maiori Palatij Regij Civitatis Barchinonæ, vbi Audientia noſtra more ſolito celebratur, die Iovis intitulata vigeſima nona, Menſis Iulij, anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo tertio. Regnique dicti Domini Regis Octavo, præſente, & dictam ſententiam ferri poſtulante, ſcilicèt, præfacto Fratre Iacobo Ferrada, ac præſente Fratre Guillermo Balagarij, Procuratore, & Economo Monaſterij Beatæ Mariæ de Mercede, ac præſentibus Petro Ferrarij, Petro de Colle, Legum Doctoribus, Iacobo Iuglar, & Simeone de Podio Graſſo, Scriptoribus noſtris, & pluribus alijs in multitudine ſatis grandi. Ioannes, Regens.*

*Sig✠num Mariæ, Dei gratia, Reginæ Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comitiſæ Barchinonæ, Duciſæ Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comitiſæ Roſilionis, & Ceritaniæ, Locumtenentis Generalis Illuſtriſsimi Domini Regis Viri, & Domini noſtri Chariſsimi, quæ hanc ſententiam tullimus, eidemque ſigillum Regium appenditum iuſsimus apponendum.*

*Sig✠num Ioannis Ferrarij dictæ Dominæ Reginæ Scriptoris, authoritateque Regia Nottarij Publici per totam terram, & dominationem prædicti Domini Regis, qui publicationi præfatæ ſententiæ interfuit, eamque ſcribi fecit, & clauſit. Conſtat autem de raſis, & emendatis in lineis ſecunda* coram, & *in nona* factæ, & *in eadem fore*, &

 Eco-

Economi Monaſterij. *Ioannes Ferrarij ex Sententia lata in Audientia.*

En el miſmo dia veinte y nueve de Julio, ſe deſpacharon letras de execucion de dicha Sentencia, dirigidas à los Governadores, y Miniſtros de todos los Reynos, para que ſe executaſſen, como el dia de oy ſe eſtila, ſin embargo de las ſuplicaciones, que ſe interponen por las partes vencidas, como es notorio, y ſon las que ſe ſiguen.

## EXECUTORIA DE LA PRECEDENTE Sentencia.

*MARIA, Dei gratia, Regina Aragonum, Siciliæ, Valentię, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comitiſa Barchinonæ, Duciſa Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comitiſa Roſilionis, & Ceritaniæ, Locumtenens Generalis Illuſtriſsimi Domini Regis Viri, & Domini noſtri Chariſsimi. Dilectis, & fidelibus gerentibus Vices-Gubernatorum, tàm in Regnis Aragonum, & Valentiæ, quàm in Principatu Cathaloniæ, & in Comitatibus Roſilionis, & Ceritaniæ, Vicarijs, Baiulis, Iuſtitijs, Zalmedinis, Merinis, alijſque univerſis, & ſingulis Officialibus dicti Domini Regis, & noſtris, & Locatenentibus eorundem; necnon Conſilijs, Iuratis, Patrarijs, Procuratoribus, Conſilibus, & probis hominibus Civitatum, Villarum, & Locorum dicti Domini Regis, & noſtrorum præſentibus, & futuris, & alijs ad quem, vel quos præſentes pervenerint, & fuerint præſentatæ: Salutem, & dilectionem.*

*Cum Nos in cauſa, ſeu quæſtione, quæ inter Fratrem Iacobum Ferrada Syndicum, Economum, ſeu Procuratorem Ordinis Sanctę Trinitatis ex parte vna; & Priorem, ac Syndicum, & Economum Mo-*

*Monaſterij Sanctæ Marię de Mercede Civitatis Barchinonæ ex parte altera cauſis, & rationibus in Proceſsibus inde habitis contentis, noſtram die præſenti duximus ſententiam promulgandam parumque prodeſſet ſententias ferri, niſi executioni debite, mandarentur. Dicimus, & mandamus vobis de certa ſcientia, & expræſsè ſub pœna quingentorum florenorum auri de Aragonia, noſtro, ſi contra feceritis, applicandorum Erario; quatenus dictam noſtram ſententiam, & omnia, & ſingula in ea contenta teneatis. & firmiter obſervetis, tenerique, & obſervari faciatis ad vnguem, & etiam exequamini operis per effectum, iuxta ſui ſeriem, & thenorem. Dat. Barchinonæ vigeſsimo nono die Iulij anno à Nativitate Domini milleſsimo quatuorcenteſsimo vigeſsimotertio. Ioannes Regens.*

## QUARTO.

### EL PRIVILEGIO DEL REY DON Alfonſo el Quinto de Aragon, concedido al Orden de la Santiſsima Trinidad, con inſercion, y revocacion del que avia concedido à la Merced, deſpues que ſe reſtituyò à Eſpaña.

*ALPHONSUS, Dei gratia, Rex Aragonum, Siciliæ, Valentię, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicę, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſilionis, & Ceritaniæ.*

§. 1. *Reverendis, ac Venerabilibus in Chriſto Patribus, dilectis, & fidelibus, univerſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Prioribus, Vicarijs, Officialibus, & alijs perſonis Eccleſiaſticis quibuſcunque: necnon Gubernatori noſtro Generali, eiuſque viceſgerentibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Richis homi-*

ni-

*nibus, Nobilibus, Militibus, ac hominibus de Paratico, Vicarijs, Baiulis, Iuſtitijs, Zalmedinis, Merinis, Iudicibus, Conſiliarijs, Patrarijs, Conſulibus, & Iuratis, cęteriſque Officialibus, & Subditis noſtris, intra noſtræ iuriſdictionis limites, vbilibet conſtitutis, dictorumque Officialium locatenentibus, præſentibus, & futuris, ad quem, ſeu quos præſentes pervenerint, & ſubſcripta pertinere, quomodolibet dignoſcantur, ſalutem, & dilectionem.*

*§. 2. Pro parte dilecti noſtri Generalis Miniſtri, & Fratrum Ordinis Sanctæ Trinitatis fuit celſitudini noſtræ, non ſine gravi querella expoſitum, quod inſtante dilecto noſtro Fratre Iacobo, Magiſtro Generali Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, emanavit dudum à Curia noſtra littera quædam ſeriei ſequentis.*

*ALPHONSVS, Dei gratia, Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſilionis, & Ceritaniæ.*

*§. 1. Reverendis, ac Venerabilibus in Chriſto Patribus, dilectis, & fidelibus, vniverſis, & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Vicarijs, Officialibus, & alijs perſonis Eccleſiaſticis quibuſcumque, necnon gerentibus vices Gubernatoris, Comitibus, & Vicecomitibus, Varonibus, Nobilibus, Militibus, ac hominibus de Paratico, Vicarijs, Baiulis, Iuſtitijs, Zalmedinis, Iudicibus, Conſulibus, & Iuratis, ac alijs quibuſvis Officialibus, & ſubditis noſtris intra noſtræ dictionis limina quoquomodo conſtitutis, dictorunque officialium locatenentibus præſentibus, & futuris, ad quem ſeu quos præſentes pervenerint, & fuerint præſentatæ, ſalutem, & dilectionem.*

*§. 2. Graves querellas pro parte dilecti no-*

*ſtri*

2010 Ministerio de Cultura

ſtri Fratris Iacobi Ordinis de Mercede Generalis magiſtri percipimus, ſummariè continentes, quod hic ordo de Mercede à ſui fundatione citra, fuerit in poſſeſsione iuris accaptandi pro Captivis Redimendis, nullus aliaſque accaptaverit hactenus, ſicut per privilegia per noſtros prædeceſſores fœlicis recordationis dicti ordinis fundatores, & etiam Apoſtolica eius conceſſa, & per nos viſa, nobiſque oſtenſa, tale ius competat ipſi ſoli.

§. 3. Verum tamen quidam Fratrer Ferrada, & alij quidam prætenſi Fratres de Sancta Trinitate, hinc inde de diverſis partibus congregati, non habentes in diverſis Diœceſ. Monaſteria, ſed viventes per hoſpicia, vel pincernas, attentant accaptare pro dictis Captivis Redimendis: Privilegia Apoſtolica, & diverſas ſententias, tàm noſtras, quàm Prælatorum ſe habere frivole prætendentes: cum in illis Prior Monaſterij dicti ordinis Barchinonæ non fuit defenſus legitimè, nec auditus:

§. 4. Ob quam dictus ordo fuit ſua poſſeſsione per dictos Fratres turbatus, & ſine iuris cognitione privatus, & dictus Prior Barchinonæ, ſic ſpoliatus, vexatus, & tribulatus, habuit compromittere in certos arbitros Tarraconæ, coram quibus vexatur laboribus, & expenſis.

§. 5. Vnde dictus generalis nobis, qui ſumus dicti ordinis Patroni, & præcipuè defenſores, humiliter ſupplicavit, vt dictum Priorem, & ordinem in ſua poſſeſsione reſtituere, & à tantis vexationibus defendere miſericorditer dignaremur.

§. 6. Nos igitur attendentes, quod non fuit viſum, nec auditum, quod Fratres de Sancta Trinitate pro Captivis Redimendis in multis Diœceſ. acaptaverint: nec aliquem Captivum in iſtis partibus redemerint hactenus; imò dictas eleemoſinas collectas conſumunt in hoſpitijs, vt eſt dictum,

*habito ſuper his, maturo & digeſto conſilio, ordinamus, & perpetuo ſtatuimus, quod de cætero nullus audeat, niſi Fratres de Mercede, pro Captivis Redimendis infra noſtrum dominium accaptare, dictis privilegijs, & ſententijs non obſtantibus nullo modo.*

§. 7. *Quare vos Reverendos Prælatos, & perſonas Eccleſiaſticas rogamus, & magna inſtantia, requirimus, quatenus non permittatis dictos Fratres de Sancta Trinitate, quantum in vobis fuerit, accaptare, nec legata Captivorum recipere; nec veſtras litteras concedatis, & conceſſas revocetis: noſtrumque preſens ſtatutum, & ordinationem perpetuo obſervetis.*

§. 8. *Nec per litteras noſtras conceſſas, vel concedendas contrarium faciatis, niſi in illis totus thenor huiuſmodi de verbo ad verbum ſit inſertus: & dictus generalis, cum duobus Provintialibus ſui Ordinis ſit vocatus legitime, & auditus.*

§. 9. *Aliàs cum preſenti mandamus noſtris officialibus, ſub incurſu iræ, & indignationis noſtræ ac pœnæ mille florenorum auri noſtro ærario aplicandorum, vt contra vos per remedia ſolita procedant, dictoſque Fratres perſonaliter capiant, & captos nobis remittant per iuſtitiam caſtigandos. Datum Barchinonæ decimaſeptima die menſis Iulij anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo.*

Proſigue. §. 3. *Quam litteram velut præiudicialem Ordini, & Fratribus Sanctæ Trinitatis iam dictis, aſſeruerunt, & petierunt revocari debere, cauſis, & rationibus infraſcriptis.*

§ 4. *Prima ex eo, quia fuit impetrata tacita veritate, & expræſſa falſitate. Expræſit namque ipſe impetrans, quod nullus alius hactenus accaptaverat in Regnis, & terris noſtris pro Captivis redimen-*



2010 Ministerio de Cultura

*mendis, niſi dicti Fratres Beatæ Mariæ de Mercede, de cuius contrario notoriè conſtat evidentiſsimè.*

*§. 5. Fratres etenim Sanctæ Trinitatis, intra noſtrum dominium, fuerant, fuerunt, & ſunt in poſſeſsione, & practica, ſeu quaſi iuris accaptandi, pro Captivis redimendis*

*§. 6. Prout hæc alias conſtare videntur, tàm per privilegia Apoſtolica Ordini, & Fratribus prædictæ Sanctæ Trinitatis indulta, & etiam per diverſas proviſiones, tam per Illuſtres Reges Aragonum prædecoſſores noſtros, Divi recordij, quam per Nos, & Illuſtrem conſortem, & tunc locumtenentem noſtram Generalem, Ordini, & Fratribus iam dictæ Sanctæ Trinitatis conceſſas.*

*§. 7. Expræſsit etiam idem impetrans plura alia veritati contraria.*

*§. 8. Tacuitque, quod de & ſuper quibuſdam litteris à dicta Illuſtri Regina, conſorte noſtra, & tunc locumtenente Generali, vt præfertur, per Fratrem Iacobum Ferrada Ordinis Sanctæ Trinitatis, ſuper iure accaptandi pro Captivis redimendis impetratis, & obtentis, facta oppoſitione per Priorem Beatæ Mariæ de Mercede Civitatis Barchinonæ, liteque interdictum Fratrem Iacobum Ferrada, ab vna, & dictum Priorem de Mercede, partibus ab altera, legitimè conteſtata, & partibus eiſdem ad plenum auditis, fuiſſet per eandem Reginam, pro dicto Ordine, & Fratribus Sanctę Trinitatis, ac pro iam dicto Fratre Iacobo Ferrada, & contra dictum Priorem, & Ordinem de Mercede, ſententia promulgata, & ſententiam ipſam in rem tranſiviſſe iudicatam.*

*§. 9. Tacuit inſuper plura alia, quæ ſi expreſſiſſet, talem à nobis litteram minimè obtinuiſſet. Tùm etiam, quia deriſoria, & obtenta parte non vocata, quæ tempore impetrationis dictæ litteræ præſens erat in Civitate Barchinonæ, qua ipſa littera data fuit.*

*Nos*

2010 Ministerio de Cultura

*§. 10. Nos vero viſis, & debita mentis conſideratione penſatis omnibus ſupradictis, quæ veritate fulciri cognovimus. Attendentes, quod mendax Procurator, carere debet impetratis ex cauſis iam dictis, & alijsquæ ad hac noſtrum animum rationabiliter induxerunt litteram præinſertam, & omnia, & ſingula in ea contenta, & expreſſata duximus revocanda, ac annullanda, revocamuſque, & annullamus ſeriæ cum præſenti, carereque volumus viribus, & effectu.*

*§. 11. Requirendos ex vobis requirentes, & exhortantes attentè, reliquis vero diſtrictè præcipiendo mandantes, quatenus non obſtante littera præinſerta, & contenta in ea permittatis vnuſquiſque, infra ſuam Diœceſ & iuriſdictionem ſibi commiſſas dictos Fratres Beatæ Trinitatis accaptare pro Captivis redimendis, iuxta ſeriem, & tenorem privilegiorum Apoſtolicorum, ac proviſionum, per prædeceſſores noſtros iam dictos, ac per Nos, & dictam noſtram conſortem indultarum illi ex vobis, ad quos ſpectet ſuper his, litteras recomendatorias, & alias proviſiones debitas conceſuri. Datis Valentiæ prima die Septembris anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſsimo ſeptimo. Pelegri Ludovicus de Torramorell, ex proviſione facta per Vicecancellaarium, & vidit aom Raimundus de Papiolo, cui fuit tradit.*

## QUINTO.

### LA SENTENCIA, QUE POR AVER reclamado contra la antecedente revocacion la Orden de la Merced, diò, y pronunciò el dicho ſeñor Rey Don Alfonſo el Quinto en el miſmo año.

### IN DEI NOMINE.

*Pateat Vniverſis, quod Nos Alphonſus, Dei gra-*

gratia, Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comeſque Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſilionis, & Ceritaniæ.

§. 1. In cauſa ſeu quæſtione, quæ in noſtra ducebatur Audientia, inter Magiſtrum Generalem Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede parte ex vna, & Fratrem Iacobum Ferrada, & ſeu Fratrem Antonium de Sio, Ordinis Beatiſsimę Trinitatis ex altera, cauſis, & rationibus in proceſſu inde ducto contentis, noſtram die infraſcripta protulimus ſententiam in modum ſequentem.

§. 2. Dominus Rex viſa ſupplicatione ex parte Procuratoris Magiſtri Generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, coram eo oblata, & eius viſa proviſione, viſa aſsignatione octo dierum, eidem procuratori ad iuſtificandam dictam emparam facta.

§. 3. Viſa quadam alia ſupplicatione, ex alia Parte dicti Procuratoris, dicti Magiſtri Generalis, dicti Ordinis, continente in ſe rationes in viam articulorum, viſa quadam cedula reſponſiva præfatis ſupplicationibus, oblata pro parte dicti Iacobi Ferrada, Ordinis Fratrum Sanctæ Trinitatis, viſa quadam cedula, oblata pro parte dicti Magiſtri Generalis.

§. 4. Viſa quadam ſententia diffinitiva per Illuſtrem Reginam conſortem, & nunc locumtenentem Generalem dicti Domini Regis, lata Barchinonæ inter Priorem Conventus Monaſterij Beatæ Mariæ de Mercede, ex vna parte, & dictum Iacobum Ferrada, vt Procuratorem Conventus dicti Monaſterij Sanctæ Trinitatis, per dictum Iacobum de Ferrada producta.

§. 5. Viſis executorijs, tam dicti Domini Regis, quam Reginæ de dicta ſententia factis. Viſa littera per Generalem Magiſtrum Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, impetrata Barchinonæ, ſub Kalendario de decima ſeptima die Iulij anni præ-



2010 Ministerio de Cultura

*ſentis , de cuius revocatione agitur.*

*§. 6. Viſis videndis , & attentis attendendis, facta relatione in ſui Audientia per Raimundum de Papiolo , Legum Doctorem. Pronuntiat, & declarat dictam litteram Barchinonæ impetratam ſub dicto Kalendario decima ſeptima die Iulij , & in proceſſu inſerta, eſſe in viam revocationis, ſicuti cum præſenti revocat , & per conſequens dictam litteram emparatam ad hoc tenens , eſſe deliberandam , & expediendam , & ipſam emparam cancellandam , prout cum præſenti cancellat , & expediri mandat.*

*§. 7. Lata fuit hæc ſententia per Nos , ſeu noſtri perſonam , per fidelem Conſiliarium , & Vicecancellarium noſtrum , Iacobum Pelegri , Legum Doctorem , Audientiam noſtram Regiam in domo Confratriæ Sancti Iacobi , Civitatis Turoli , more ſolito celebrantem , & lecta , & ibidem publicata de noſtro , ſeu ipſius Vicecancellarij mandato per fidelem Scriptorem noſtrum Gabrielem Roſet , Notarium infraſcriptum , die videlicet Mercurij decima ſeptima Decembris anno à Nativitate Domini milleſimo , quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo , Regnique noſtri , duodecimo , præſente , & inſtante dicto Fratre Antonio de Sio , Procuratorio nomine , ex vna parte , & Fratre Petro Guillermi dicti Ordinis de Mercede , ex altera , & præſentibus pro teſtibus ad hæc vocatis ſpecialiter , & aſſumptis Franciſco Torres , & Bonanato de Puigmari, Legum Doctoribus , Bartolomæo Gros , & Simeone de Podio Groſſo , Scriptoribus noſtris , & pluribus alijs in multitudine copioſa. Pelegri.*

*Sig✠num Alphonſi, Dei gratia , Regis Aragonum , Siciliæ , Valentiæ , Maioricarum , Sardiniæ , & Corſicæ , Comitiſque Barchinonæ , Ducis Athenarum , & Neopatriæ , ac etiam Comitis Roſilionis , & Ceritaniæ , qui hanc ſententiam tulimus eidemque ſigillum noſtrum impendente iuſſimus appo-*



2010 Ministerio de Cultura

*ponendum. Gabriel Roſet ex ſententia in Audientia lata.*

Executoria de la Trinidad.

*ALPHONSVS, Dei gratia, Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comeſque Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſilionis, & Ceritaniæ. Dilectis, & fidelibus, Gubernatoribus, Alguazirijs, Vicarijs, Iuſtitijs, Portarijs, Virgarijs, cæteriſque vniverſis, & ſingulis Officialibus noſtris, præſentibus, & futuris, & locatenentibus eorundem, ad quem, ſeu quos præſentes pervenerint, & infraſcripta, quomodolibet pertinere dignoſcantur, ſalutem, & dilectionem.*

*§. 1. Cum nos in cauſa, ſeu quæſtione, quæ in noſtra Audientia vertebatur inter Magiſtrum Generalem Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede, ex vna parte, & Fratrem Iacobum Ferrada, ſeu Fratrem Antonium de Sio, Ordinis Sanctæ Trinitatis, ex altera, cauſis, & rationibus in proceſſu, inde inter dictas partes, actitato contentis, noſtram, die præſenti protulerimus ſententiam, vt in ipſa latius continetur.*

*§. 2. Parumque prodeſſet ſententias ferri, niſi debitæ executioni mandarentur; vobis, & veſtrum ſingulis dicimus, & præcipiendo mandamus firmiter, & expreſsè, ac de certa ſcientia, ſub pœna mille florenorum auri, noſtro ſi contra feceritis Ærario applicandorum, quatenus noſtram ſententiam prædictam, & omnia, & ſingula in ea contenta exequamini, & compleatis iuxta ſui ſeriem, & tenorem. Datis Turoli decima ſeptima die Decembris anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo vigeſimo ſeptimo. Pelegri.*

*AL-*

2010 Ministerio de Cultura

Provision de la Trinidad.

ALPHONSUS, Dei gratia; Rex Aragonum, Siciliæ, Valentiæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ, Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſilionis, & Ceritaniæ.

§. 1. Dilectis, & fidelibus, gerenti vices Gubernatoris, tam in Regnis Aragonum, & Valentiæ, quam in Principatu Cathaloniæ, & in Comitatibus Roſilionis, & Ceritaniæ, ac etiam Alguazirijs, Vicarijs, Baiulis, Portarijs, & Virgarijs, cæteriſque Officialibus noſtris, & dictorum Officialium locatenentibus, præſentibus, & futuris, ad quem ſeu quos præſentes pervenerint, ſalutem, & dilectionem.

§. 2. Cum Procurator, ſeu Æconomus Conventus Fratrum Monaſterij Sanctæ Trinitatis Captivorum Civitatis Valentiæ, in cauſa, ſeu quæſtione, quæ in noſtri Audientia ducebatur, inter ipſum Æconomum ex vna parte, & Fratrem Iacobum Magiſtrum Generalem totius Ordinis Sanctæ Mariæ de Mercede, ſeu eius Procuratorem parte ex altera, cauſis, & rationibus in proceſſu, inde facto latius expreſſatis, biſtraxerit, & ſolvere habuerit partem ad ipſum Magiſtrum Generalem, ſeu dictum eius Procuratorem ſolvere contingentem, videlicet Relatori dictæ cauſæ ſex florenos, & Scriptori cauſæ eiuſdem tres florenos, auri de Aragonia, eis debitos pro ſalario, ſeu ſalarijs proceſſus, & ſententiæ per nos in dicta cauſa latæ.

§. 3. Ad humilem ſupplicationem per Æconomum Fratrem Sanctæ Trinitatis præfatum inde nobis factam vobis, & ſingulis veſtrum dicimus, & percipiendo mandamus expreſſè, ac de certa ſcientia, pro prima, & ſecunda iuſsionibus, ſub pœna centum florenorum auri de Aragonia, quatenus dictum Magiſtrum Generalem, ſeu eius Procuratorem

